# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

**[S.l.], 1721**


L. Vetina [...]



urn:nbn:de:bsz:31-127314



Visual Library

# Q. Ultima

## De Dispositiõe in subjecto requisita

De diversis Euchar. effectibus jam dictum est, ut a hi Euchar. receptioni consequantur, quaedam requiruntur in subjecto praeter fidem dispositiones juxta Catholicos, juxta haereticos vero nulla alia requiritur dispositio quam fidei; unde juxta illos solum ille sens-trabit effectum Euchar. qui non credit, licet caeteroquin gravissimis criminibus sit inquinatus; ac idcirco juxta Lutheri doctrinam quis eo magis est dispositus quo minus est dispositus, idem quo pluribus mortalibus est involutus, unde et ait effectum primum Eucharistiae esse remissionem mortalium.

1a dispositio est ex parte ad 1am statum gratiae quae praeter fidem in suscipiente requiritur est de fide, probatur 1o ex Apost. 1a Corinth. 11. probet autem seipsum homo &c. 2o ex Trid.

sess. 13, cap. 7. afferente in eum finem
dictum locum apostoli. 3. ratio, quia hoc
sacramentum est institutum per modum cibi et potus
at absurdissimum est, cibum et potum dare mor-
tuis. quo.

Ad statum gratiae consequendum in eo, qui sibi conscius
est peccati mortalis, per se loquendo non sufficit
contritio sed requiritur confessio et etiam de fide
ex Trid. loc. cit. ubi dicit: Ecclesia consue-
tudo declarare illa verba Apostoli:
probet autem seipsum homo etc. ita intelligenda esse, ut
nullus sibi conscius peccati mortalis, quamvis
sibi contritus videatur, absque praemissa confes-
sione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.
Unde confessio praecepta est jure Ecclesiastico.

Dixi per se loquendo, quia si urgeat ne-
cessitas communicandi et desit copia confessarii
sufficit contritio juxta Tridentinum loc. cit.
ubi sic notatur, alterutro deficiente
contritionem non licere, sed si est copia
confessarii, tenebitur confiteri, si non urgeat

necessitas, tenebitur a communione abstinere, si tamen sacerdos in tali necessitate celebraverit non confessus, tenetur postea quamprimum confiteri ut idem Trident. loc. cit. hinc seqr. falso mortali, ita ut communis D. D. sensus agnoscit, cum Alexander 7. damnante hanc propositionem. Mandatum Trident. factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, est consilium non praeceptum.
Censetur a deesse copia confessarii non quidem quando deest huius propriis confessarius, cui cum maiori utilitate confiteri posset, sed quando deest sacerdos, a quo valide et licite absolvi possit.
Propter statum gratiae, ut communicans recipiat augmentum gratiae habitualis, non est necessaria actualis devotio, sed in defectu huius longe minus erit illud gratiae augmentum quam si propter exemplum Ecclesiae, quae olim dabat communionem infantibus utique ad sensum

aut tn̄ carerent actu devotionis & rōo
ē; qd sacramenta cōerent grād ex op. oper-
ato. 2da pars ptz ex iis, qd dictū est de
sacramentis in gnē; sacramenta enim operantur
plus aut minus grād iuxta maiorē
aut minorē dispoēm sbti; qd maximē
videtur locū hbre in hoc sacramento.
2da, dispoē se tenet ex pte corporis
& ē ieiunium ita cois. ptz ex Ecclia
consuetudine, item ex variis conciliis Carthag. 3.
Tolet. 7. Trident. item ex cap. 49 de
consecrat. dist. 1. & cap. 54. de consecrat. dist. 4
ieiunium a ad Eucharistiā requisitū dbt ēē
naale, ut a media nocte nil prorsus
sumatur p modum cibi vel potus. neque
in hoc ieiunio datur parvitas mātē,
unde quaelibet qtas sumpta p modū
cibi aut potus impedit sb mortali cōiōē.
ad hoc a ut aliquid sumatur p modū cibi
aut vel potus, requirit, ut ab extra traiciatur
in stomachū p comestionē aut potatiōē

unde colliges 1° non violari jejunium naturale
si quid accipiatur in os & non deglutiatur.
2do si quid sanguinis è gingiva defluentis
sit cum saliva in stomachum trajiciatur.
idem censent multi de minutis quibusdam
particulis prandiani cibi inter dentes hae-
rentibus si sit cum saliva deglutiantur
praesertim si id fiat per inadvertentiam.
3. si tam modica sit quantitas liquidi in os
iniecti, ut absque saliva non possit in sto-
machum trajici, sed potius sit cum illa per
modum unius trajiciatur, ut v. g. guttula
aquae inter abluendum os
Dices: in quibus casibus liceat non jejuno su-
„ mere Eucharistiam? R. 1° in articulo mortis
per modum viatici, idque sive mors im-
mineat ex morbo aut vulnere aut
sententia judicis, exceptionem tamen [illegible], quo
semper aut bolus sit jejunus, si mortis pe-
„ riculum adhuc satis sit remotum, idque

fieri poſt absq; notabili ægri aut
loci aut parochi incomodo. 2. ſi im-
mineat periculum profanationis hujus ſacramenti
ab infidelibus aut hæreticis, tunc enim non
tenetur a ſacerdote non ieiuno, ſed a quovis
alio cum reverentia ſumi debet. 3.io
ſi urgeat neceſsitas perficiendi ſacrum
ut ſi celebrans poſt conſecrationem deficiat
nec adſit ſacerdos ieiunus, qui ſacri-
ficium perficiat. 4 ſi pro ſpeciebus vini
ſumpſit aquam, tunc enim debet vinum calici
infundere, illudq; conſecrare ac ſumere.
5. ſi poſt conſecrationem recordetur ſe non eſſe
jeiunum. 6. ſi poſt ſumptam ablutionem
reperiat in patena vel corporali aliquas
hoſtiæ particulas.
Q. 2. an poſſit ſacerdos non ieiunus celebrare
ad dandum viaticum moribundo? R. ne-
gative, quia tunc enim in eum finem non licet ei
conſecrare fermentatum, aut celebrare absq;

184 ſ. veſtibus ita nec ſoluto ieiunio, cum
preceptum ieiunii non videatur minus grave, quam
ſit preceptum azymi aut ſacrarum veſtium.
Ratio eſt, quod ſumptio Eucharistiae non ſit abſolute
neceſſaria ad ſalutem moribundi.
Q. 3. an poſt aeger ſaepius in eodem morbo com-
"municare non ieiunus? R. ſi poſt 7tem aut 8. dies
"a ſumptione viatici redeat aut perſeveret
mortis periculum, poteſt iterum moribundus
non ieiunus dari Eucharistia per modum viatici:
imo varii apud Dianam conſent, ad id ſuf-
"ficere intervallum dierum 3. aut quatuor
quin etiam Layman & Coninck putat creſ-
cente morbo poſſe ſexti die iterum ſumi
Eucharistia a non ieiuno: in praxi tamen curandum,
ut quantum fieri poteſt, non alter aeger, quam ieiunus
Eucharistiam accipiat poſt ſumptionem viatici,
maxime ſi ab hac ſumptione unus tantum aut
alter dies fluxerit, quia id videtur conſor-
mius praxi Eccleſiae.
Hoc, quod ſequitur de venerabili Miſſae
183 ſacrificio dictatum eſt a Rev[eren]do R[everen]do Cl[ari]ſſ[im]o P. Priore.